

THE *PERIOCHAE* OF LIVY (58-49 B.C.)

The decade of the 50s B.C. saw the final collapse of the Republic, as the great faction leaders (Pompey, Lucullus, Caesar, Crassus and others) progressively sapped the senate, the magistrates, and the *comitia* of real power. The outbreak of war in 49 B.C. between Pompey and Caesar introduces a chaotic period—warfare that would continue, off and on, for 20 years—that ended only with the final victory of Octavian over Antony at Actium in 31 B.C.

- 1 **Periochae 104 (58 B.C.):** Prima pars libri situm Germaniae moresque
2 continet. C. Caesar cum adversus Germanos qui Ariovisto duce in Galliam
3 transcenderant exercitum duceret, rogatus ab Aeduis et Sequanis, quorum
4 ager possidebatur trepidationem militum propter metum novorum hostium
5 ortam adlocutione exercitus inhibuit et victos proelio Germanos Gallia
6 expulit.
- 7 M. Cicero, Pompeio inter alios hortante et T. Annio Milone tr. pl., ingenti
8 gaudio senatus ac totius Italiae ab exilio reductus est.
- 9 Cn. Pompeio per quinquennium annonae cura mandata est.
- 10 Caesar Ambianos, Suessionas, Viruomanduos, Atrebates, Belgarum
11 populos, quorum ingens multitudo erat, proelio victos in ditionem accepit,
12 ac deinde contra Nervios, unam ex horum civitatibus, cum magno discrimine
13 pugnavit eamque gentem delevit, quae bellum gessit donec ex LX milia
14 armatorum D superessent, ex DC senatoribus tres tantum evadereut.
- 15 Lege lata de redigenda in provinciae formam Cypro et publicanda pecunia
16 regia M. Catoni administratio eius rei mandata est.
- 17 Ptolemaeus, Aegypti rem, ob iniurias quas patiebatur a suis relicto regno
18 Romam uenit.
- 19 C. Caesar Venetos, gentem Oceano iunctam, navalii proelio vicit.
- 20 Praeterea res a legatis eius eadem fortuna gestas continet.
- 21 **Periochae 105 (57-54 B.C.):** Cum C. Catonis tribuni plebis intercessionibus
22 comitia tollerentur, senatus vestem mutauit.

23 M. Cato in petitione praeturae praelato Vatinio repulsam tulit. Idem cum
24 legem impediret, qua provinciae consulibus in quinquennium, Pompeio
25 Hispaniae, Crasso Syria et Parthicum bellum, dabantur, a C. Trebonio tr. pl.,
26 legis alictore, in vincula ductus est.

27 A. Gabinius procos. Ptolemaeum reduxit in regnum Aegypti, electo
28 Archelao, quem sibi regem adsciverant.

29 Victis Germanis in Gallia Caesar Rhenum transcendit et proximam partem
30 Germaniae domuit, ac deinde Oceano in Britanniam primo parum prospere
31 tempestatibus adversis traiecit, iterum felicius, magnaue multitudine
32 hostium caesa aliquam partem insulae in potestatem redigit.

33 **Periochae 106 (53 B.C.):** Iulia, Caesaris filia, Pompei uxor, decessit,
34 honorisque ei a populo habitus est, ut in campo Martio sepeliretur.

35 Gallorum aliquot populi Ambiorige duce, Eburonum rege, defecerunt. A
36 quibus Cotta et Titurius, legati Caesaris, circumventi insidiis cum exercitu
37 cui praeerant caesi sunt. Et cum aliarum quoque legionum castra oppugnata
38 magno labore defensa essent, inter quae eius cui in Treveris praeerat Q.
39 Cicero, ab ipso Caesare hostes proelio fusi sunt.

40 M. Crassus bellum Parthis inlatus Euphraten flumen transiit, victusque
41 proelio in quo et filius eius cecidit, cum reliquias exercitus in collem
42 recepisset, evocatus in colloquium ab hostibus velut de pace acturis, quorum
43 dum erat Surenas, comprehensusque et, nequid vivus pateretur repugnans,
44 interfectus est.

45
46 **Periochae 107 (52 B.C.):** C. Caesar Treveris in Gallia victis iterum in
47 Germaniam transiit, nulloque ibi hoste invento reversus in Galliam Eburonas
48 et alias civitates, quae conspirauerant, vicit et Ambiorigem in fuga
49 persecutus est.

50 P. Clodi a T. Annio Milone candidato consulatus Appia via ad Bovillas
51 occisi corpus plebs in curia cremavit.

52 Cum seditiones inter candidatos consulatus, Hypsaeum, Scipionem,
53 Milonem essent, qui armis ac vi contendebant, ad comprimendas eas Cn.
54 Pompeius delegatus et a senatu cos. tertio factus est absens et solus, quod

- 55 nulli alii umquam accidit.
- 56 Quaestione decreta de morte P. Clodi Milo iudicio damnatus in exilium
57 actus est.
- 58 Lex lata est ut ratio absentis Caesaris in petitione consulatus haberetur,
59 invito et contradicente M. Catone.
- 60 Praeterea res gestas a C. Caesare adversus Gallos qui prope universi
61 Vercingentorige Arverno duce defecerunt, et laboriosas obsidiones urbium
62 continet, inter quas Avarici Biturigum et Gergouiae Arvernorum.
- 63 **Periochae 108 (52-51 B.C.):** C. Caesar Gallos ad Alesiam vicit omnesque
64 Galliae civitates quae in armis fuerant, in ditionem accepit.
- 65 C. Cassius, quaestor M. Crassi, Parthos, qui in Syriam transcenderant,
66 cecidit.
- 67 In petitione consulatus M. Cato repulsam tulit, creatis coss. Ser. Sulpicio M.
68 Marcello.
- 69 C. Caesar Bellovacos cum aliis Gallorum populis domuit.
- 70 Praeterea contentiones inter consules de successore C. Caesari mittendo,
71 agente in senatu Marcello cos. ut Caesar ad petitionem consulatus veniret,
72 cum is lege lata in id tempus consulatus provincias obtinere deberet, resque a
73 M. Bibulo in Syria gestas continet.
- 74 **Periochae 109 (50-49 B.C.):** Causae civilium armorum et initia referuntur
75 contentionesque de successore C. Caesari mittendo, cum se dimissurum
76 exercitus negaret nisi a Pompeio dimitterentur. Et C. Curionis tr. pl. primum
77 adversus Caesarem, dein pro Caesare actiones continet.
- 78 Cum senatus consultum factum esset ut successor Caesari mitteretur, M.
79 Antonio et Q. Cassio tr. pl., quoniam intercessionibus id senatus c.
80 impediebant, urbe pulsis, mandatum est a senatu coss. et Cn. Pompeio, ut
81 viderent nequid res p. detrimenti caperet.

82 C. Caesar bello inimicos persecuturus cum exercitu in Italiam venit,
83 Corfinium cum M. Domitio et P. Lentulo cepit eosque dimisit, Cn.
84 Pompeium ceterosque partium eius Italia expulit.